

hodie nonnunquã, teste Fernelio, quod
 aquas citrinas & melancholicos humo-
 res eximiè ducat, hydropicosque mirè
 adiuuet, non negligitur. Esulam maio-
 rem Græcorũ, Pityusam, alias Turbeth
 vocatam, apud peritos medicos exole-
 uisse scribit Matthiolus, cùm vlceret, ve-
 nenataq; sit. At à Gal. Dioscoride, aliis-
 que veterũ non contemnitur, agrestium
 hominum medicamentum, teste Me-
 sueo.

s. simpl.
 Lib. 4. ca.
 160.

De simplic.

cap. 23.

Horatius

1. Satyra 1.

*Cetera de genere hoc, adeò sunt multa, lo-
 quacem
 Delassare valent Fabium. Ne te morer,
 audi,*

Rondeletius Veratrum tum præcipit,
 quando paratum est, corpore cibis re-
 fecto, & ex Hippocratis quoq; sentètia,
 agitato prius, & commoto. Nec omni-
 bus ægritudinibus: quando Aëtius hæ-
 moptoi, orthopnoæ, suffusioni, capitis
 affectibus, & vteri strangulatib. nequa-
 quam profuturum edicit. Galenus can-
 tharidem, inter pernitiõsa medicamen-
 ta, quæ per erosionem interimant, re-
 ducit. At parcè sumptam, & quibus o-
 portet commixtam, præterquam, quòd

apud Schol-
 tzium Con-
 silio 293.

Tetrab. 1.
 ser. 3. c. 123.

4. simpl. 23.

D 5 ve-